

Si EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

II
6

SIGNAT. *cis 15 CCCXIII*

Ung II 6

*De Monarchia et Sacra corona
regni Hungariae centuriae septem,
auctore Petro de Renna
publ. Franciscus de Nadasd.*

Francofurti 1659.

*Grab. III. 2058.
Apponyi 854*

ATIO

8
SALANA. PLORANS.
SERENISSIMI. ATQVE. CELSISSIMI.
PRINCIPIS. ET. DOMINI.
DOMINI.

WILHELMI
DUCIS SAXONIAE. JULIA-
CI. CLIVIAE. ET. MONTIUM. LANDGRA-
VII. THURINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE.
PRINCIPALI. DIGNITATE. COMITIS. HENNEBERGIAE. CO-
MITIS. DE. MARCA. ET. RAVENSBERG. DY-
NASTAE. IN. RAVENSTEIN.
PRINCIPIS. DOMINIQUE. SUI.
QUONDAM. CLEMENTISSIMI.
POST. VIX. COMPLETAM. DYADA. ANNORUM. SPEMQUE.
INGENTIUM. HINC. IN. PRINCIPE. DOTIUM. INDE. IN. COMMU-
NEM. PATRIAM. ET. REM. CHRISTIANAM. BONORUM. HU-
MILLIMIS. SUBDITORUM. VOTIS.
PRAECONCEPTAM.
INGENTI. DAMNO.
MAJORI. LUCTU.
MAXIMO. DESIDERIO.
DIE. XXII. MENS. JUN.
ANN. cccLXVI.

EREPTI.

FATUM. PRAEMATURUM.
LUCE. A. SOLENNI. EXEQUIARUM. OFFICIO.
NONO. DIE. AUGUSTI. MENSIS. PERACTO. PROXIMA.
IN. AEDE. COLLEGIO. CONTIGUA.
PROPRIO. PENITISSIMI. DOLORIS. SENSU.
PRODUCTA.

PER.

PHILIPPUM. MÜLLERUM.
PROF. PUBL.

Jenæ, Typis Bauhofferianis

SERENISSIMO. AT QVE.
CELSISSIMO. PRINCIPI. ET. DOMINO.
DOMINO.

B E R N H A R D O .
DUCI. SAXONIÆ. IULIACI
CLIVIÆ. ET. MONTIUM. COMITI. PRO
VINCIALI. THURINGIÆ. COMITI. LIMITA
NEO. MISNIAE. PRINCIPALI. DIGNITATE
COMITI. HENNEBERGICO. COMITI.
DE. MARCA. ET. RAVENSBERG.
DYNASTAE. IN. RAVEN-
STEIN.

PRINCIPI. AC. DOMINO
MEO. CLEMENTISSIMO.

Iesus. Tibi. Baupflege istis in

ET.
SERENISSIMAE. CELSISSI-
MAEQVE. PRINCIPI. ATQVE.
DOMINAE.
DN. MARIAE.
DUCI SAXONIAE. IULIACI.
CLIVIAE. ET. MONTIUM. NATAE. DUCI.
TREMOLLIAE. THOARTII. ET. LAODUNI.
COMITI. PROVINCIALI. THURINGIAE.
COMITI. LIMITANAE. MISNIAE. PRINCI-
PALI. DIGNITATE. COMITI. HENNEBER-
GIAE. COMITI. DE. MARCA. ET. RA-
VENSBERG. DOMINAE. IN. RA-
VENSTEIN.
PRINCIPI. DOMINAEQVE.
MEAE. CLEMENTISSIMAE.
HUMILLIMUM. PIETATIS. OFFICIUM.
TESTATORUS.
SACRO.
DEVOTISSIMUS.
PHILIPPUS. MÜLLERUS.





OL Patriæ, SOLISque SOROR, Sa-

cra Lumina, quorum

Teutonici radiis ætheris astra
micant;

Duplicē terrarum divulsis obice vi-
sus

Mutua quæ reddent gaudia fata modo?

Eccè, velut patriis ales Titania bustis,

Dum propero thalamis thura adolere, redit,
Occasum Phaëtona PATRI MATRIQUE WIL-
HELMUM

Nominis immensi cultor honore fero.

Inchoat auspiciis primos melioribus annos,

Colla colore aureo, lætior ardet apex.

Mersas Oceano, DIVI, revocate quadrigas,

Zemblica sic Vestris nox ruet aëta polis.

Sic prælustre jubar mox vultibus ibit amicis,

Quos sociâ semper luce WILHELMUS obit.



Uid mihi mentis erit, tam deplorata videnti
gaudia, & unius cunctos in morte peremtos?
Eloquar, an sileam? dolor hoc fert intimus, istud,
I N C L Y T E D u x, pietas juber intemerata tuorum.

Ergo Salaides, (quid enim nisi flebile restat?)
omnia lætitiae nunc demite signa capillis,
frondentes ederas in tristem vertite taxum,
funestaque manu contundite pectora nuda.

Omnis, quæ patriæ florenti plauserat olim,
exequias patriæ pia turba frequenter abito.

C R U S I A D E, Os PATRUM PATRIÆ venerabile, sacram
Cui mentem Pallas summo sub honore serenat;
morborumque potens domitor, nī fata repugnat,
magnifico moderans hæc publica numine **R E C T O R**,

ac Vos sidereæ radiantia lumina Jenæ,
quos virtus animosa suo sacravit honori;
& qui præterea peregrinæ sortis & agri
auditum venistis epos; vosque ordine **N o s t r i**,

adspirate meis accentibus; omnis acerbi
vulneris argumenta animis atque ore recentet;
publicus incessat dolor omnibus: occidit Ille
vester Amor, Spes vestra, & Vertex summus honoris!

V V I L H E L M U S C E C I D I T! Super hoc quis funere missos
castiget gemitus, lacrymis discrimina ponat
Iugendique modos? Age, queis heroas & arma;
non elego tenui, numeros, mea Musa, frequenta.

Illustres animæ illustri sunt carmine dignæ.
Quanquam infaustus ego vates, cui vertice laurus
omnis abest, ederæque hilares. Miserabile carmen
discordesque modos, & deplorable verbum
inchoo præ gemitu, præ luctu abrumpo, gravesque
carmenis heroi cogor truncare tenores.

Hei mihi, quem Te offers nobis, **C E L S I S S I M E P R I N C E P S**,
O Columen patriæ! quantum muratus ab illo
P r i n c i p e, Cui plausus, Cui coelo missa sereno
A 3

gau-



gaudia Franca tulit, tulit & Germanica tellus,
cum thalamis nexuque Tremollia foedera sacro
sancires; &eisque decus praelustre, MARIA;
Francigenas inter quae praestantissima Nymphas,
NATA Ducis, Coniunctaque Ducis, Ducis optima MATER,
inferret nostris prae fulgida lumina terris;
cum nova Progenies coelo demissa Parentes
incepit charostenero cognoscere risu.

Major ab Eoo surgebat Cynthitus ortu,
& Lucina favens, geminatae consicia flammæ,
sidera sideribus clarum fulsura vicisim.
Exiluit patria, ac humilis, sed munere divum
Jena superba novo, caput inter nubila fixit.
Sala etiam, tacitis Tua passibus arva pererrans,
intumuit, ter cælariem, ter pectora cano
Sparsit rore, ter undisonis saltum dedit antris,
ingens auspicii & præsagi carminis autor:

Nascere, parve PUER, magnum Patris incrementum,
vis VVITICHINDEO Francoque è sanguine princeps!
Nascere, sic yoveo, fatisque adolefce secundis!
Patria, Te Duce, perpetuo florebit honore;
Ipse deum vitam accipies, superisque videbis
conjunctos heroas, & Ipse videberis illis,
tranquillamque reges patriam virtute Paternâ.

Nam simul excelsos Atavos & facta Tuorum
jam legere, &c, quæ sit, poteris cognoscere, virtus,
Stemmatis occurret VVITICHINDUS conditor alti,
virtutis Francæ mora tricennalis, amorque
dogmatis æterni primus; dein magna LUDOLPHI
nomina BRUNONISQUE ducum; clarumque videbis
HEINRICUM AUCUPIO, HEINRICUM PIETATE potentem;
Quique suæ NIMIUS virtutis, & impete post qui
indomito meruit famamque decusque LEONIS;
OTHONES triplici felicia nomina sceptro;
HERMANNUMQUE gravem, BENNONIS & inelyta facta.
En Tibi BERNARDOS, Patrii quos Nominis ornat
Splendor, & invictæ rapiunt in prælia dextræ.
ORTOLPHOS nosces, tum nominis omne MAGNUM,

Lotha-



LOTHARIUMQUE sacri juris legumque parentem;
ALBERTOSQUE duces, clarâ & virtute RUDOLPHOS.
Hinc FRIDERICORUM vis BELLICA; mista BENIGNIS
pectoribus; socioque nitens SAPIENTIA plexu;
CONSTANTISQUE Patris virtute potentior hæres,
MAGNANIMUS Fidei Assessor; JANIQUE VVILHELMI
gloria; & excelsus prælustri à prole JOHANNES,
Té rapient pariter, suaque inter præmia ducent.
Cernis, ut Hungaricis JOHAN-ERNESTUS in otis
fulguret; ac hostes animis & Marte secundo
BERNHARDUS, patriæ spes & fortuna labantis,
proterat; inde novâ compónere turbida pace
ERNESTI certet pietas gratisima cœlo.
Præcipue heroâ ingentem virtute VVILHELMUM
intrucare. Hujus pacis bellive laborum
si memorem, & suprema legam fastigia rerum,
ante diem sero componet vesper olympos.
Hujus in antiquam virtutem animosque viriles
TÉ PATER almus ager, decoris spectamen avici.

Atquæ ubi jam firmata virum TÉ fecerit ætas,
paciferamque procans adstringet laurus olivam,
omina quanta dabis? qualis de sanguine sanguis
Principe? quæ patriæ felix post secula condes?
Saxonidum haud quisquam sacrâ de gente serenos
in tantum spe tollet Avos, nec Teutona quondam
ullo se tantum tellus jactabit alumno.
O pietas! ô certa fides! fortissima bello
dextera! Non Tibi tum quisquam se impune movebit
obvius armato, seu cum pedes ibis in hostem,
seu spumantis equi fodies calcaribus armos.
O divine Puer, modò si fata obvia rumpas,
Tu VVILHELMUS eris! manibus date lilia plenis
Francides, & roseos inspergite floris honores.

Dixerat. Ast voti Numeri succedere summam
non dedit, omne simul volucres dispersit in auras,
neve ea secla suis dixeré, at: SISTITE, fusis
immiti sociæ fatorum numine Parcæ.

A 4

Eccē



Eccē relapsuro decori illætabile signum
panditur, & præsaga mali omina dira parescunt.
Postquam longa decem tulerant fastidia menses,
Diva MARIA, Tibi, felixque puerpera nobis
altera divini spondes solatia partus,
sævaque non tepidis oneravimus æthera votis:
Ut nifus faciles, ut pulchrâ prole MARIA
præstet, & aut parili VVILHELMO junctus amore
parvulus augustâ BERNHARDUS iusit in aulâ;
aut divam similis monstrat MARIELLA Parentem!
Enfatū! Ad partus venit Lucina manuque
Ipsa leviter tigit gravidos fæcunda labores.
Felix ô! si læta dies, si cernere vultus
FILIOlæ viridesque genas tibi justa dedissent
Stamina! Sed mediis ceciderunt nifibus isthæc
Gaudia, speratosque dices trux Atropos occat.
Invisam heu! faciem, atratas sine pondere cunas
sensimus. Una dies spes nostras intulit orbi,
abstulit has eadem; prima ultima, & ultima prima;
pectoribusque excussa piis miserabile cuncta
gaudia funus erant. Adeò sincera voluptas
nulli unquam concessa fuit! Sors mutat in horam
fertque refertque vices, gestitque illudere rebus
sævior humanis: neque fas fixum ire refixum.

Ilicet, ut terræ sola pulli syrmatis umbrâ
stringimus, & tacitæ volvuntur corde querelæ,
sors inimica novos trahit in palatia luætus,
funereasque faces succendere læta, potenti
impere, proh Superi! nostrum furibunda VVILHEMUM,
gaudia nostra petit. Non magnus in arte Machaon,
non miseræ valuere preces. Superata fatiscunt
robora, purpureus decor aurea deserit ora,
vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Qualia pallentes declinant lilia culmos;
Pubentesque rosæ primos moriuntur ad austros;
aut flos, quem sævo letalis Sirius igni
ustulat, & succos, queis vixerat, eripit omnes;
liquitur & rabido paulatim frangitur æstu.

Nullus



Nullus jam color est misto candore rubori,
nec vigor, & vires, & quæ modò visa placebant;
sed tristi moriens marcer languore, ruensque
molle caput viridi fessum submittit in herba:
Sic monstrant terris VVILHELMUM fata, nec ultra
esse sinunt. Nimium vobis VVitichinda Propago
visa potens, Superi, propria hæc si dona fuissent.

Quas hæc damna Tibi lacrymas gemitusque viriles;
Magne PARENTS? quantis se cella MARIA fatiget
planctibus? Hinc Anni stantes in limine vitæ,
hinc Vos Forma rapit; rapit inde corusca tenellis
vultibus, augustæque ferens præfigia mentis.
Gratia, & haud mendax Patriæ Virtutis imago.
O ubi purpureo suffusus sanguine Candor,
fidereique Orbis, radiataque lumina cœlo,
& castigata collecta modestia Frontis,
ingenuique super Crines, mollisque decoræ
margo comæ! Blandis ubi nam Ora arguta querelis!
Osculaque impliciti vernos redolentia flores!

& mixta risu Lacrymæ, blandumque sonantis
hyblæis Vox mista favis, cui sibila serpens
poneret, & sævæ vellent servire novercæ!
Nil veris affingo bonis. Heu lactea Colla,
Bracchiaque, & nunquam Matris sine pondere Cervix!
O ubi venturæ spes anticipata Juventæ,
exoptatus honor Generis. jurataque multum
Fata tibi! Cuncta in tumulum gravis intulit hora,
hostilisque dies! Quid nunc, nisi sæva doloris
indicia, & NATI moestum MEMINISSE, relictum est?

Quam nunc niuta Domus, desolatique penates,
& situs in Thalamis; & moesta silentia Mensæ?
An mirer, tanto si Te, Dux celse, dolore
exatias, motoque gemunt præcordia tactu?
si coelum miseranda PARENTS dehinc questibus implet:
Hunc ego Te aspicio, VVILHELMULE? An illa laborum
una mihi requies? Potuisti linquere solam?
Quò moribundus abis? Superi, quo perdimur astro?
Quæ Mc culpa ream cœlo facit? Occidit, cheu!



occidit illa meis spes unica maxima curis!

Ærumnosa meis ah! mortibus undique cingor!

O fatum infelix! ô non jam sidera! non jam
aut coelum, aut quicquid se cælitus issse fatetur!

Occidimus res Saxonica, ah Tremollica vota!

Jam spes excisa est, & mors sunt omnia!

Non tamen, ô PATRIÆ CUSTOS FIDISSIME, soli
horridus involvit Tibi pectora tristia moeror,
una nec ingenti lacrymarum diffusis imbre,
Diva PARENTS. Procerum en consortia pectora luctus
in partem properant. En mille hæc funera moestæ
findonis induviis sectantur amazones albis.

Omnis adest ætas, moerent juvenesque senesque,
cumque magistratu plebes jurata clientum,
omnes atrati, devoti questibus omnes,
omnibus iidem animi atque eadem est concordia flendi.

Nòn levis is casus, nec, ut illacrymabile fatum,
Transferit. Graviora trahit mors Principis. Isthoc
Sospite sospes erit patria, hocque labante labascet.

Præcipue Aonix voti exspes cura Salanæ;
non habitu simili, quem vidimus esse serenæ,
sed totas lacerata genas, dispersa capillos,
qualis ad ingentis tumulum olim est visa VVILHELMI
indoluisse, & Vinariæ comes issse sorori;
ad bustum conversa Ducis sic ora resolvit:

Illa ego, Saxonice dudum exaltata tropæis,
sideribusque ferens laudum monumenta mearum,
ingredior funesta, gemens in funere Nati,
& misera in questus mater planctus que resolvor;
dumque Ducis proprium funus contemplor & excors
subducor mihi; communis jactura VVILHELMI
& meæva rapit; tenebris involvor eisdem,
quæ nunc involvēre Ducem: ceu nubila Solem
cum rapiunt, fœdaque later caligine coelum,
tota dolet natura, & tristi conditum umbrâ.

Sala, tuo torpes qui nunc lacrymosus in alveo,
dic Albi & sociis, quâ clade miserrimus erres,
cui facias jam justa Duci. Vos pandite totum

in



in luctus Helicona deæ. Mihi suffice lymphas,
Sala, tuas. Si cuncta simul, si singula plorem,
nænia nostra potest vel tunc exucca videri.

VVILHELMO ipsa dedi patriam ; sed Avita vicissim
gratia me tantum radiis immensa coruscant
Teutonicas inter prælustrem Heliconidas effert ,
quantum inter reliquas præfulget Cynthia stellas.

Tunc BERNHARDUS, amor noster, primæva juventæ
ingressus spatia, immensas mecum imbibit artes,
præceptisque animum crescens implevit honestis,
sive sacrolancatos illi Sapientia sensus
panderet, aut rerum graviorum pondera sensim
porrigeret, sceptrique sagax adsueteret ausis.

Qualis Zelono Paradiſo lætior exit
arbor & ostentat teneris sua cintiam cannis
quæfitasque Arabum mæſſes ; stupet ipſe colonus
luxuriem, laudatque levis clementia laboris :

Sic lætam dederas, BERNHARDE, & luce serenam,
oscula ubi implexæ fixerunt Lilia Rutæ,
cum generosa tuis Conjunx infusa lacertis
VVILHELMUM peperit. Non Delus Apolline tantam
se ferat. Hic mihi Phœbus, & hoc post numine pollens
tutabor delubra deūm, mea recta laresque.
Ostentabo Ducem terris. Ductore sub isto
exurget mihi major honos, sacræque nitescent
Palladii Themidisque novis fulgoribus ædes.
Crescer honor Phœbo, cunctis sua commoda Musis,
Salanæque decus, cuius de limine sacro
dogmata facundi fundunt coelestia mystæ,
& lites doctrina pias exercet, & anceps
verum agitat, famamque facit dicentis acumen.

Nunc totiplex dolor afflictæ est, gemitusque sequentia
Omnigena sic parte mei dispendia fati
sentio, &c, occasu divini luminis, altum
ingemo dissolvoque comam, discincta que nigris
ingredior matrona togis ; lucemque perosa,
quæ mihi VVILHELMUM, quæ clarum fidus ademit,
nigrius innumbris scelus improba noctibus ausa.

Dira



* * * *

Dira dies! non te nitido produxit olympos
vecta pruinoso genitrix pia Memnonis axe;
sed tibi triste jubar pallentibus extulit umbris
nox, caput Orcini pepli cooperta tenebris:
ne foret ulla dies, non cui dedit Allia nomen,
quam mage detester, quam publica vota nefastam.
Quippè quid inter tot signantes tempora luces,
quem titulum poteris, nisi diræ noctis, habere?
quid tibi cum claro radiis Hyperione cincto?
redder orbì, cui Phœbus erat, mihi redder **VVILHELMUM.**

Sed quid vana quæror, dum mens evicta dolore
omnia verba jacit surdos rapienda per austros?
Quod fleo, non lacrymis, non est revocabile questu,
nec capit ira modum & jacturæ momina tantæ.

Flos hominum, flos idem hominum Subolesque Deorum,
quæ nostro infensum sceleri ocyor eripit aura?
Non Tibi concessi, angusto quos limite fines
temporis humani contingit prima juventa;
sed tener exortos velut emoriturus ad austros
mollibus in pratis alte flos improbus exstat,
non expectatâ veris statione recedis,
autumnoque brevis non expectabere vitæ.

Ah! cur non annos totidem Tibi sistere possum,
vivere quot meritis & sanguine dignus haberis,
Ut saltem humanis non tam citò rebus admittus
hospes in Elysii errares vallibus umbra?

Sed quia lanificum rigidis vetat ordo sororum
legibus, atque seræ præduro adamante resistunt,
quod possum, facio, singultibus aëra nudum
atque interrupto gemitu invida sidera pulso;
ut, si non aliud, verso querar ordine rerum
ante diem vitæ vix ceptæ stamina rumpi,
atque annos, quoquot moriens post terga relinquis.

Alloquor & Superos, tepidæ sua verba seqvuntur
inque suis lacrymæ exundantes questibus urgent.

Audiat hoc Araris potor, quo vulnere victa
cortuerim, socierque meis lamenta querelis!
Incedant tristes trabæ; non jura tribunal

Dies

ventis



ventilet ; hoc cessent, qui nunc expungitur astris,
arva die. Vela clypeum, Tritonia, pullo
tegmine. Nec resonet pulsus tibi, Cynthie, plectrum.
Musa novena animet fletus, in montibus istis
VVILHELMUM ploret, VVILHELMUM hic ploret in agris.

Tuque adeo sacra posteritas morientis honori
hæc insculpta legas æterno carmina saxo :

WILHELMUM hæc tenet urna Ducem, quo
sospite Jena
ire triumphatrix potuit, quo crescere semper
Saxoniæ Rutata Domus, Germania famam
antiquumve decus cunctis diffundere terris.

Sic ea : cui, dupli confossa Vinatia luctu
adgemuit, traxitque omnes lacrymosa sorores ;
Francigenæque nurus teneram plorarier umbram
senserunt, parilesque sonos retulere feretro :

Hei miserum ! Coecisne trahis, Fortuna, rapinis
Omnia, nec votis constant eventa decoris,
& nostrum incestas crudeli funere nomen;
nec te, sæva, mover retrahitque Tremollia virtus,
Saxonicæque tenent pulcherrima germina Rutæ ?

Quid sumus, aut quidnam morituri nascimur ? ævi
portio quam contracta ? quis ordo ? quis ardor in illa ?
ipse valens hodie supero : me conspice ! numquid
tempora consociabo hodiernæ crastina summæ ?

O homo, num tibi certa putas stipendia vitæ,
mancipioque tuum, quod mox brevis hora reposcer,
quam nec scire licet, neque fas excludere mortem ?
Tam rigidum hoc superum est & inevitabile fatum.

Nec te jure queri credas hoc nomine. Mundi
quadrifidi adspectus, quicquid natura laborat,
quicquid Phœbus obit, variat sua momina. Cœli
lumina celsa cadunt, surguntque revecta vicissim.
Nunc Hiemem Ver molle tegit, mox veris honores
Æstas urit, & Auctumno vis turbinis instat.

Tempo.

cimo



Tempora sic rerum mutat natura. Quid ergò
displiceat sors nostra? Meos en! plurimus ortus
anteit, ac tecum nunc spirans ipse supersto;
nunc sumus, at fors cras dicemur uterque fuisse.

Hæc quo jure novet, ne causam posce Jehovam,
qui creat atque aboler, mox perdita reddit & auger.

Debuit ast tenero VVILHELMO parcere fatum!

Vellem equidem; sed dura negat, nec subtrahit unum
Parca, jubens memori naulum præstare Charonti.

Quicquid habet ortus, finem timet: ibimus omnes;
ibimus; illa sinu genitrix sibi colligit omnes.
Sanguinis hac nostri princeps Adamus, & ipsi,
Progeniesque redit per coetera secula mundi.

Novimus hoc, nec Te fugit hoc, Dux OPTIME, & intus
iam medicamen habes, quod vulnus contrahat ingens,
componatque animos. Celsâ statione coruscas.
Nunc animis opus, herooque in pectore motu.
Non decorant eadem vulgusque & principis aulam.
Vince animum, supraque tuos exurge dolores:
hoc tua Te virtus jubet. Haud ardentior æquo
sit Genitor, sit magna Parens, Tibi cura VVILHELMI.

Annon gaudenti mihi stirps Astræa volatu
nuntiat: (in sævo si quidquam tempore lœtum est?)
hunc oculis ubi lustrantem Paradisica tempe
Saxonicos inter proceres seriemque suorum
Sensit Avus VVILHELMUS & in sua lumina traxit
Delicias, BERNHARDE, Tuas, lœtissimus ultrò
tollit humo, magnâque ligat cervice, diuque
ipse manu mulcens, sibi dulcia corcula blandus
misces, & alternum Pueri partitur amorem.

Ergò hic, quem gemimus, felix; hominesque deosque
& dubios casus, falsoque pericula vitæ
effugit, immunis fati. Non ille rogavit,
non meruit timuitve mori. Nos anxia turba,
nos miseri, quibus undè dies horrenda, quis ævi
exitus, ambiguum, quo fulmen ab axe minetur.
Ille sed invisa linquens contagia terræ,
fidercosque sinus inter iam stella resulgens

omnia



* * * *

omnia lunarem latè subjecta sub axem
despicit obturu sele inferiora sereno.

NON EST MORTALIS VVILHELMUS; sistite luctum!
NON EST MORTALIS VVILHELMUS; abite dolores!
Exuite atratos, gestamina tristia, cultus?
Ista minus misero Domus est pingenda colore.

Posthac, summe Parens, vitamque necemque potenti
qui regis imperio; tibi, si qua est provida nostri
cura, fidemque tui laudas cultusque decentes;
sit princeps tibi cura, precor, de Principe Utroque!
Saxonicosque novis Heroas honoribus orna,
orna flore novo, nec tentet Lilia pallor!
Illustra mentes, & tristia pectora mulce!
Tu prohibe manare genas! solesque **VVILHELMO**
ereptos Patriis socia Genitricis & almæ!

Sic laudabere. Sic Sophie, Eusebieque Themisque
Parcarumque potens victrix Hygiea perenni
pacis honore nitens, vastum fundetur in orbem,
Saxonidis Ducibus, BERNHARDO tuta Patrono!

Ast Tu, quem retinent cognati sidera cœli,
huc ades, ô **VVILHELME**, supremasque excipe voces,
qnas devota tuis exolvit Salais umbris:

SALVE celsa Ducum proles **VVILHELME**, **VALEQUE**!
SALVE, Saxonicae spes quondam maxima Rūtae!
Spes patriæ prærepta, **VALE**! sub marmore **SALVE**!
terque quaterque beate, **VALE**! Super ætheris oras,
VVILHELME, æternū nobis **SVLVENTO**! **VALETO**!



Non est mortalis Venerans; nullus longum
gebicudo patitur nec uulnus tollit.
Non est mortalis Venerans; aperte doloros!
Exulte sicut os Regis misericordia tuum, caritas:
Misericordia Domini persequens cognoscere.
Purpurea flumine Patitur, acutissime uocemque poterit
dum leuis iustitia; tunc illa dura et pavidus uoluntate
causa, indecedat ut impudenter decutere;
In purpurea luce iusta, precor, ut Purpurea fuisse!
Saxonicus domus fideliter honorem obtulit,
Olaus Holsteuano, uice regis, Litis bellator!
Iustus uictor, ecclisia regis! Iustus! Venerans!
Tardiopeus deus natus, ecclisia! Genuinus! gloriatur!
Ecclesiastis Paulus locutus, Genuinus! gloriam!
Si laudes patrum, Sic Reges, Ecclisia! permisit
Patricius tamquam pro cura negligit? Huius est patrum
pactis honorificatus, a filium suum fecit in officio!
Saxonicus Duripius, garniturus in Pomerio!
Auf Turdorum leticie, coenamque festam!
Huc adies, o Venerans, indecedat exinde accessus
duorum fratrum tuis citoque deuotis amibus:
Sarare, celles, Dacum, plorare, Venerans, allegare!
Sarare, gaudere, ibi donum sum multum Rursum!
Sarare, festinare, uictor, Venerans! Iufit multum Sarare!
Iustus dominus dñe pectoris, Venerans! Sparsus est gaudia omnis.
Venerans, extenuata ipsis Sarato! Venerans!



Ducez Brandenburgici

1. Fridericus primus Magnanimus à Modechia
2. Albertus qui Academiam Regionemontanam fundavit.
à Fortitudine et magnamitate.
3. Iohannes ab Eloquenta.
4. Ioaesimus à Iustitia.
5. Iohannes Secundus ab Autoritate.
6. Iohannes Georgius à Sapientia.
7. Iohannes Fridericus à Pietate.
8. Iohannes Ligmundus à Clementia.
9. Georgius Vilhelmus à gravitate & Prudentia.
10. Fridericus Secundus Magnus à magis profectibus.
11. Fridericus Tertius à Regia dignitate.

Bzomii Senatori Evangeliæ

Andreas Wolfgangi Röller
Joh. Christop. Burckstaller
Iosephus Begner
Michael Thor Sander
David Ogster
Nic. avertzel

Paulus Kajale Not. Col. Honterfis
Francis Bulowshi Vice Comit Cz. Narpad
Pastores Czestochowa 1691.

Paulus Zarewic Germ.
Adamus Warmer Ger.
Markus Sarot Hung.
Joh. Bertoczi Slav.
Joh. Brapacens

Bartosz
Jacoby Fableg. Superintendenz
Adamus Poprati Ger. Diae.
Markus Kunderling Slav.

Cibini
Zedranus Clemens Germ.
Iohannes Gocky Slav.
Leut. Scorræ
Iohannes Loran Germ.
Markus Adami Ger.
Markus Francis Slav.

Tiropoli Pastore
Joh. Epfer Germ.
Georgius Budzisz Slav.
In Comitatu Neocradensis
Jeremias Blentz m. Grab
Iohannes Schmeling m. Tomas fabra
Samuel Apostoli Centener m. Napkova
Samuel Esaias Kauniiski Orator m. Strzava
Samuel Fundeling m. Last.
Simon Simon m. Tiropolya
Jacobus Skorozna m. Poltar
Pamid Tepei m. Bora
Iohannes Lam m. Ubska
Iohannes Huskovicz m. Turcez
Mattias Blatz m. Benebanya
Andreas Chembim m. Leinobanya
Iohannes Stuerzini Palicino
Adamus Simonides m. Szene
Adamus Adami m. Lom.

Ung. II 6.

v317

7

Dominus
beni dominus
misericordia tua
et frater nostre
le propter uere
me es sancti mariam
spiritu sancti
confidentia
a meritu a
e dominus i
tullo*c* a
dominus i
dominus i
frater nostre
misericordia tua
semp*a* et
omnis i
tullo*c* a
dominus i
frater nostre
misericordia tua
confidentia
Q uia
dominus i
propter uere
omnis i
tullo*c* a
dominus i
frater nostre
misericordia tua
confidentia

8

SALANA. PLORANS.
 SERENISSIMI. ATQVE. CELSISIMI.
 PRINCIPIS. ET. DOMINI.
 DOMINI.

WILHELMI
 DUCIS SAXONIAE. JULIA-
 CI. CLIVIAE. ET. MONTIUM. LANDGRA-

IAE. MARCHIONIS. MISNIAE.
 ITATE. COMITIS. HENNEBERGIAE. CO-
 MARCA. ET. RAVENSBERG. DY-
 ASTAE. IN. RAVENSTEIN.

S. DOMINI QVE. SUI.

AM. CLEMENTISSIMI.
 TAM. DYADA. ANNORUM. SPEMQUE.
 N. PRINCIPE. DOTIUM. INDE. IN. COMMU-
 REM. CHRISTIANAM. BONORUM. HU-
 IS. SUBDITORUM. VOTIS.
 PRAECONCEPTAM.

NGENTI. DAMNO.

MAJORI. LUCTU.

MAXIMO. DESIDERIO.

XXII. MENS. JUN.

JN. cloc LXVI.

EREPTI.

PRAEMATURUM.

NNI. EXEQUIARUM. OFFICIO.

GUSTI. MENSIS. PERACTO. PROXIMA.

COLLEGIO. CONTIGUA.

PENITISSIMI. DOLORIS. SENSU.

PRODUCTA.

PER.

PUM. MÜLLERUM.

PROF. PUBL.

Typis Bauhoferianis

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres Inches

1	1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14	14
15	15
16	16
17	17
18	18
19	19
20	20

